

DE
BETVLA PVMILA,
FOLIO SVBROTVNDO.
AVCTORE
J. Amman.

Tabula XIV.

ARboris, cui omnes fere rei herbariae scriptores Betulae nomen tribuerunt, duae hactenus species aut potius varietates, a natura soli pendentes, Botanicis innotuerunt; quarum altera arborefcit, trunco fatis craffo et recto, ramisque et virgis minus dependentibus; altera autem frutescit magis, nullo spectabili trunco affurgens, ramis et virgis deorfum pendentibus. Priori feu arborefcienti nihil frequentius in Ingria et Carelia, in quibus regionibus in magnam excrescit altitudinem; posterior feu frutescens Betula rarius occurrit. Verum praeter duas hasce varietates alia species reperitur plane diuerfa, in paluftribus locis dictarum regionum proueniens, a nemine adhuc descripta, quam *Betulam pumilam folio subrotundo nuncupau*: Est autem noua haec species humilis admodum, vix humanam altitudinem afsequens, virgis in plurimos et erectos ramulos brachiatas, cortice fpadiceo, fplendenti, in tenuiffimas philyras ductili, veftitis.

Ramulis hinc inde nullo ordine adnafcuntur foliola fubrotunda, breuiffimis, vix lineam longis, pediculis infidentia, profunde dentata, vifcofa, fuperne laete viridia, inferne pallide virefcientia, vnciam plus minus lata, tantundem